



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

52. An si in Iubilæo dicatur tantum, quod efficiatur Communio die Dominica, quis satisfaceret communicando in alia die hebdomadæ? Et docetur communionem factam in peccato mortali sufficere ad ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

2. Non defunt tamen contraria sententiam docentes, vt Henriquez lib.7.cap.10. §.6. in glossa lit. N. & cap. 12. §. 12. in glossa lit. H. Reginaldus, in praxi, tom. 1.lib.7.cap.vlt.que.1.2. num. 72. & num. 185. Layman lib.5. tract. 7. cap. 6. num. 7. ver. Dico tertio, in fine. Fernandez in Medulla cas. part. 3. cap. 7. §. 8. num. 3. Zanardus in direct. Theol. part. 1. de penit. cap. 21. q. 20. Vega in summa part. 2. cap. 7. cas. 1. Zerola de Iubil. lib. 1. cap. 15. dub. 13. & 60. & alii penes ipsos; & ratio est, quia in casu Iubilaei confessio non praecipitur tamquam actus, propter quem conceditur Iubileum, sed ut securos dispositione ad indulgentiam lucrandam, & dum confessio sacramentalis est impossibilis, est omnino presumendum piam mentem Pontificis esse, vt in tali casu sufficiat contrito, dummodo omnia alia opera iniuncta in Iubilao adimpleantur.

3. Quid ego sentiam dicam breuiere, hanc secundam sententiam tamquam probabilem sequutus sum in 3. part. tract. 3. resol. 150. Verum habeo contra illam validissimum argumentum; vnde prima sententia modò adhæreo, quia hic non est casus, vt quis habens peccatum mortale valeat communicare absque prævia confessione, nisi scandali periculum immineat. ergo, &c.

Quæ hic est  
Op. Ref. 46.  
§. penit. ad  
med.

## RESOL. L.

An excommunicatus contritus, si non potest obtinere absolutionem, lucretur Indulgentiam, aut Iubileum si adimplat alia opera iniuncta? Et praesertim quoad eos, qui in aliquam heresim incidentur; & idem dicendum est de illis, qui sunt excommunicati ob pensiones, & debita, & sunt impotentes ad solvendum? Ex p. 4. tr. 12. Ref. 13.

Quoad hoc §. 1. Causa potest sapientis accidere, & praesertim legi doctri. præcedentis Rei, & alterius eius pri-  
mæ annos. Quoad eos, qui in aliquam heresim incidentur & negatiuam sententiam docet Faustus de Iubilao, lib. 3. quæst. 55. qui citat Suarez, Vgolimum, Siluestrum, Nugnum, & Sotum, quibus ego addo Filliucium tom. 2. tract. 8. cap. 6. num. 136. Layman lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 2. num. 2. Pollachum de Iubilao, scđt. 4. num. 22. La-  
uorium de Iubilao, par. 2. cap. 14. num. 51. Sanctarellum de Iubilao; cap. 15. dub. 14. Nugnum in addit. ad. 3. part. quæst. 17. art. 1. & Fernandez in exam. Theol. moral. part. 3. cap. 7. §. 4. num. 2. & alios, quia excommunicatus etiam contritus, est membrum ab Ecclesia præcsum, atque adeo participare non potest influxum spiritualium bonorum ab ipsa Ecclesia prouenientium.

2. His tamen non obstantibus affirmatiuam sententiam docet Henriquez lib. 7. cap. 18. num. 2. Emanuel Sa-  
ver. Indulgentia, num. 2. Alphonsus de Leone de Iubilao, part. 1. num. 197. & nouissime Bossius de triplex Iubilao, scđt. 4. cas. 22. §. 1. num. 12. Quia non videtur esse intentio pia matris Ecclesiae velle priuare huicmodi suffragis filios obedientes, & quantum est ex se omnino à conumacia recedentes, & ita dicendum est etiam ex intentione ciudem Ecclesiae illis præfere Indulgentiam, illiusque fructu lucrari posse. Confirmatürque magis, quia excommunicatus potest praefare opera, pro quibus datur Indulgentia; potest enim orare in Ecclesia, priuari ieiunare, facere elemosynam, & licet ante absolutionem ab excommunicatione non possit recipere sacramenta Pœnitentia & Eucharistia, nihilominus quoad confessionem valde probabile est non esse necessarium quando quis vellet confiteri, & non potest, ut latius supra ostendimus. Quoad communionem autem poterit excommunicatus pœnitens obtinere à Confessario electo commutationem in aliud

opus pium, si Bulla Iubilæi, vel Indulgentia ciuimodi facultatem concedat, inquit etiam confessio potest tunc in aliud opus commutari huic excommunicato, ut dictum est super num. 6. de suspenso à perceptione Sacra-  
mentorum. Ita Bossius.

3. Verum ego primæ sententie tanquam probabilius adhæreo quia vt recte præter DD. ciratos obseruat Hurtadus de excommunic. dispu. 3. difficult. 3. Coninck de Sacrament. dispu. 14. num. 49. & Sotus in 4. dispu. 22. quæst. 1. art. 1. excommunicati quamvis contriti, ac proinde iusti, verè manent excommunicati, quia excommunicatio non tollitur pœnitentia & iustificatione, sed tantum absolutione: ergo exclusi sunt à participatione Indulgentiarum. Non nego tamen sententiam affirmatiuam Bossii & aliorum esse satis piam & probabilem, vnde secundum illum hæc-  
ticus si verè pœnituit, & absolutionem obtinere minime potuit, obtinebit tamen Indulgentiam & Iubileum si adimpleat alia opera iniuncta. Ita Bossius loc. citato. Et idem dicendum videtur de illis qui sunt excommunicati ob pensiones, vel debita, & sunt impotentes ad solvendum. Ita Leo ubi suprà, & sic de li-  
milibus.

## RESOL. LI.

An quando duobus diebus immediatis occurruunt duo Iubila, quorum quodlibet requirit confessionem, & communionem, teneatur, qui vult illa lucrari bis confiteri, & bis Eucharistiam sibi?

Et quid est dicendum de aliis operibus iniunctis in quibus Iubilao? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 166.

§. 1. **H**ic casus frequens est, & illum ponit Aloysius Turrianus in disp. select. par. 2. disp. 31. ab. 64. & sic respondit. Non deficit, qui affirmaret id, quia quilibet Indulgentia requirit peculiaria opera; & sed longè probabilius est non esse necessarium bis confiteri, aut sumere Eucharistiam si pœnitent perfeatur in gratia tempore virtutique indulgentie, quia confessio & communio requiruntur in ordine ad dispositionem animæ, vt existens in gratia possit lucrari indulgentiam; secus de aliis operibus, sicut si qualibet indulgentia requirat dare elemosynam, quæ enim necessaria est dare duas elemosinas, ista enim non habent pro effectu primario emundare animam à peccato, neque videtur contraria intentio requiri confessio, & requirentis elemosynam, quando expresse non constat de voluntate requirentis duas confessiones distinctas. Ita ille.

## RESOL. LII.

An si in Iubilao dicatur tantum, quod officiat Communio die Dominica, quis satisfacere communicando in aliis die hebdomada?

Et docetur Communionem factam in peccato mortali sufficere ad satisfaciendum oneri Communionis iniunctum ad lucrandum Iubilatum?

Et puer ex defectu statim Eucharistiam sufficiere non valens, an satisfaciat communicando spiritualiter, adimplendo catena opera in Iubilao præscripta; vel in tali casu an sit commutanda Communio in aliud opus pium?

Idem dicendum est de infirmis, & patientibus ruffis, vmitum, vel quid simile, aut de eo, qui ex oblitione & incuria, seu inaduentia die designato communio, nempe die Dominico bibit, & ita de similibus. Ex p. 12. Ref. 17.

**V**ideatur respondendum negatiū, quia constat de mente Pontificis. Verum non desinam hīc adnotare contrarium docere Angelum Bossium de *Immaculata*, fid. 10. cas. 10. num. 17. vbi sic ait: etiam si in Bulgaria explicit diceretur ut fieret die Dominica, quia ieiunia non proxime sequitur, & non adderetur, seu in alio die dictarum hebdomadarum, adhuc mihi videatur probabile quod satis sit fumere Eucharistiam in alio die dictarum hebdomadarum antequam ieiunia sint complete, nam tunc dies Dominica non a signaretur communio praecipiū, sed consultiuē tanquam tempus magis congruum perfectissimo operib⁹ sui excellentiam requiritis maiorem operantis dispositionem, ad quam dispositionem conferunt ieiunia & eleemosyne, ac prout congruentius communio fit ultimo longiorismissis ceteris operibus tanquam praeuisis dislocationibus. Confirmatur primum ex iis, quae infra dicitur & cultus Christiana Religionis, aut actum fidei exteriorum, aut obediendi Ecclesiae, vel Papæ, aut praebendi bonum exemplum carteris fidelibus, iuxta quam acceptiōne ille non reuerenter sumet Eucharistiam, qui existens in peccato mortali illam sumet, solum animo peccandi, seu inferendi iniuriam Christo, & nullo modo neque virtualiter, neque formaliter ad aliquem finem honestum dictam communio nem ordinaret; particula quoque, *deut.*, non importat idem quod dignè, seu ablique conscientia peccati mortalii ad Eucharistiam accedere, sed idem sonat quod attente, seu mente non omnino ad aliud voluntarie distracta. Quare qui sumit Eucharistiam intentione actuali, vel saltem virtuali colendi Christum, vel lucrandi Iubileum, seu obediendi Ecclesiae, aut Papæ, etiam si in statu peccati mortalis cogniti, dici potest sumere Eucharistiam deute, licet non sumat dignè.

Si enim fatus est communicare Feria 2. post Dominicam, multo magis sufficiet communicare ante dictam diem Dominicam. Confirmatur secundum ex dictis scriptis de Confessione. Et licet Sixtus V. in sua Bula Iubilei anni 1585. ponat communionem ultimo loco, assignans illi diem Dominicam his verbis. Die vero Dominicæ, quæ dictæ eleemosynas atque orationes proxime sequentur, sacrosanctam Eucharistiam deinceps accipiant. Propter qua verba Bottomus in dictum Bulam, pag. 214. propos. 20. renuit communionem de necessitate pro lucro dicti Iubilai fuisse factam ultimo loco post reliqua omnia opera, & in 2. Notandum est etiam hic obiter contra Fernandez in Medilla p.3. cap. 8. §.8. num.3. & Zanardum in direct. Confess. p.1. cap. 21. quest. 28. pueros ex defectu etatis Eucharistiam suscipere non valentes, minime satisfacere communicando spiritualiter a dimplendo cetera opera in Iubilao prescripta, nam in tali casu communia est communio in aliud opus plium, ut recte obseruat Faustus de Iubilao, lib. 4. quest. 45. sicut etiam infirmis & patientibus tussim, vomitum, vel quid simile, aut ei qui ex obliuione, & incuria, seu inaduentitia die designato communionis, nempe die Dominico, bibit, & ita in similibus casibus.

R E S O L . L I I I .

*An si quis suscipiat Eucharistiam in peccato mortali, vel faciat confessionem sacrilegam, incretur postea Iubilem, si in ultima Iubilei periodo per actum contritionis sit in gratia? Ex p.3, tr.4 Ref. 147, alias 148.*

**S. I.** **N**egatiuam sententiam docent Sanctarellus tr. Sup. hoc in  
de *Iubilao cap. 7. dub. 2.* & Petrus Prost in *spiti- Ref. praece-  
cilio Theol. de *Iubilao c. 7. dub. 2.* Zanardus in *direct.* tione, §. 1. ad  
*confess. part. 1. de sacram. Penit. cap. 21. ques. 28.* Alphon- med, à vers.  
sus Leone tract. de *Iubilao part. 1. fol. 5.* n. 1. 8. & ali. Ita Boissius  
quia Summus Pontifex confessorum validam, & com- & seq. §. 1.  
munionem ritè factam exigit. & 2. & luce-  
rins in tr. 2.*

2. At ego opinionem contrariam non minus probablem esse puto, quam tuerunt Fernandez in examen cursum ad Theol. mor. p. 3. cap. 7. §. num. 4. Henriquez lib. 7. cap. 9. num. 5. & nouissime Bartholomeus à Sancto Fausto de Lubilao, lib. 4. quæst. 46. quia non est necessarium (ait ille) ut quis sit in statu gratiæ toto tempore, quo singula fæctione opera facit, sed sufficit, ut in ultimo instanti, in quo ultimum opus perficitur, sit in gratia. Dicendum est igitur, quod si in die Dominicæ in ipso Lubilæ termino in gratiam cum Deo talis rediret, obtineret quidem Lubilæum, non obstante, quod confessio fuerit iniquilida, & communio in peccato mortali facta. Igitur vtraque opinio est probabilis.

RESOL. LIV.

*An ad lucrandum Iubileum sufficiat indigna Communio,  
seu facta in peccato mortali?*

*Ex quo infertur, an si quis fecit intra hebdomadam Iubilai confessionem sacrilegam, sufficiat ad effectum indulgentia habere contritionem ante finem hebdomadae, an vero debet iterum validè confiteri?*

*Et an, si quis det alteri tempore Iubilai eleemosynam distribuendam, si iste talis non distribuat, Indulgentiam non lucetur?*

E6